

Ung. VI. 180

*Occasionalia
proliissimum Carmina*

vol. 20

~~F. 180~~

II-180



Q. D. B. V!

HONORES IN PHILOSOPHIA
SUMMOS
RECTORE MAGNIFICO
VIRO

Maximè Reverendo, Amplissimo Excellentissimoq;

DN. JOHANNNE MEISNERO

SS. Th. Doctore, Ejusdemq; in Inclyta Wittenbergensi

Academia Profefs. Publ. longè Celeberrimo, Venerandæ Facult.

Theol. Seniore optimè merito, Consist. Ecclesiast. Asfefs.

gravissimo, & Templi ad Arcem Præposito

longè dignissimo,

ab

Amplissima Facultatis Philosophica

DECANO SPECTABILI

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo atq; Excellentissimo

DN. MICHAELE Strauch /

Mathem. Inferior. Prof. Publ. Celeberrimo,

VIRO JUVENI

Præstantissimo atq; Doctissimo

DN. SAMUELI Frischans / Torg. Misn.

SS. Theol. & Liberal. Artium, ut & Philologiae Sacrationis

Cultori perindustrio,

DN. FAUTORI AC AMICO SUO CHARISSIMO

In Illustrissima VVittenbergensi Academia

solenniq; Eruditorum panegyri

A. E. V. M DC LXXIX. Ad diem XXVIII. Aprilis

EX MERITO COLLATOS

impensè gratulari

voluerunt

PATRONI, PRÆCEPTORES,
FAUTORES ET AMICI.

~~~~~

VVITTENBERGÆ,

*Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typographi.*



**T**Udaicæ gentis Doctorum perfida turba  
Cogit in incertos Scripturæ oracula sen-  
sus,  
Concessumq; negat vel solum nominis  
ulum,

Summe Jehova, Tui; sed quæ sententia legis  
Istius genuina fiet, rationibus æquis  
Ufus monstravit Strychans ex fontibus ipsis,  
Ipsi qui facile dudum patuere reclusi.  
Artibus ingenuis studio tum deditus esse  
Pervigili voluit, nunc omnis ut Ordo Sophorum  
Ex merito Summos Sophiæ concedat honores,  
Proficuos patriæ faciat quos gratia dia!

JOHANNES MEISNERUS, D.

h. t. Acad. Rector.



**E**Xcitus ingenii vigor abdit a reddit aperta,  
Noctis atræ tenebras, discutit alma dies.  
Quæ latuere patent, præclaræ mentis acumen  
Dotes ingenii, Dulcis Amice, tui.  
Clara dies memori sed & altâ mente repõstas  
Reddit conspicuas eximiasq; docet.  
Dignas testetur titulus quæ summus honorum  
In Sophia, docto nomen ab orbe ferant.  
Mente piâ venerare Deum, sapientia prima  
Vendicat ista sibi munia, dona tibi.

ABR. CALOVIUS, D.

**I**ngenuis animum studiis intendere pulchrum  
Antiquumq; fuit rectè Tibi, Fautor amande,  
Dumq; labore piò tractas oracula sancta,  
Et studiis sacris operaris, digna capes sis  
Præmia, cura Patrum plenis æternat honorum  
Muneribus, titulò Baccalariiq; Magistri,  
Eximias animi dotes, divina secundet  
Gratia quod cœpit, sic consuetudine crescent  
Virtutes, harum & dignissima præmia, honores!

*Ita ex animo gratulatur de novis honoribus, Pereximio Dn.  
Candidato, domestico suo honorando*

Johannes Andr. Qvenstedt. D.

Dum

**D**Um caput artis amans Tibi laurea ferta coronant,  
Atque Tuam cingunt aurea signa manum.  
Gratulor ipse Tibi, FRITSCHHANSI, ex pectore toto,  
Ut fato veniant laurea ferta bono.  
Ipse Deus studiis, & Honoribus omnia fausta  
Cœlitus emittat, quod mea vota ferunt.

MICHAEL Strauch / Math. P.P.  
& h. t. Fac. Phil. Decanus.

**J**ure vocata polo præstans sapientia quondam  
Immortale dedit nomen sapientis eidem,  
Maximus ingenio coluit qui primus & arte  
Quicquid erat nostris fingendis moribus aptum,  
Mentibus humanis revocans ita juris & æqui  
Curam, quæ ratio turpis, discrimen honesti.  
Non geris obtusum pectus, doctissime Fritschans!  
Aut adversus equos patria sol jungit ab urbe;  
Officio certare pio, superare solenne  
Est tibi, victor abis merito, sapientia præstans  
Nomen in orbe dedit, ferat hæc super astra beatum!

MICHAEL WALTHERUS, P.P.

**V**irtutis pretium recipis, durique laboris,  
Et vigilis studii digna brabeia tui:  
Dum Phœbus viridi redimit tua tempora lauru,  
Atque decus confert grande Magisterii.  
Hos tibi, FRITSCHHANSI, bene partos grator honores,  
Atque tuis cœptis mollia fata precor.

CHRISTIANUS Röhrensee /  
Phil. Pract. P.P.

**S**ic est: exposcit merito nunc digna brabeia  
Doctrina assiduo parta labore TIBI.  
Accino Romanum FELICITER! utque fruarè  
Hæc lauru sanus, fervida vota fero.

Sic applaudebat de novis honoribus congratulando Clariss.  
Dn. Magistro, Amico suo sincerissimo  
festinus

M. HIERONYMUS BOCCIUS,  
Fac. Phil. Adj.

**W**ol dem / der so geziert  
 Vom Höchsten wird geführt!  
 Es mag aus Orient mit frembden Sprachen  
 Ein Landsmann kommen her/  
 Er darff sich sicher an ihn wagen.  
 Wie die Geheimniß-volle Schrift  
 Dem öffters brennenden Verlangen  
 Erwünschte Ruh geschafft/  
 Bezeugt der tieff-geübten Sinnen Krafft.  
 Er ist den Kunstbezirck der Wissenschaft  
 Lehrgierig durchgegangen/  
 Nichts fehlet mehr!  
 Erfreulich ist's / daß man so theure Gaben  
 Läst ihr Belohnung haben.  
 So müsse es / **Werther** / Ihm immer gelingen/  
 Bis Titul und Thaten sich Himmel-an schwingen!  
 Wol dem / der so geziert  
 Vom Höchsten wird geführt!

Also wolte die zwar neue / aber schon längst verdiente Magister-  
 Würde seines liebwerthesten Hn. Stuben-Gefellens  
 glückwünschend bedienen

M. Johann Christian Sauereßig.

|                      |                      |
|----------------------|----------------------|
| האלה נכבד חכמים      | בני החכמה שכרים      |
| עקב רב רב בעמלים :   | יהיו טובים גם יקרים  |
| בעל חכמה מן שמים     | צלה צל כסף יושבים    |
| דודינו איש לשפתים    | כו אשרי: היום חושבים |
| בתורה חפצו כל ימים   | רבינו אנשי דברים     |
| בסתר עליון יש תמים : | טוב: יתרון דעת גברים |

*In hunc ferè sensum...*

**I**n quos coelestem præstans sapientia lucem  
 Contulit, alta quies, munus, honorq; manent:  
 Hujus ut argenti felix requiescit in umbra,  
 Quisquis eas sedes rite tenere valet.  
 Prospera lux rediit, Spectabilis ordo Sophorum  
 Musarumq; Decus pectore magna movet.  
 His infigne decus, pulcherrima præmia confert,  
 Quos Musæ studiis excoluere suis.  
**FRITZSCHANS** effatis patulas coelestibus aures  
 Applicuit sapiens, eloquioq; potens.  
 Ex ipsis Legis divinæ fontibus hausit  
 Quicquid & ingenii, quicquid & artis habet.  
 Sancta voluptatis species noctesq; diesq;  
 Ritè tenebat eum, nunc tegat umbra DEI.

*Paucis hisce doctissimo Dn. Candidato de summis in Philo-  
 sophia honoribus gratulari, ac felicia quæq;  
 apprecari voluit*

M. Joh. Helvicus Willemer.



Ung. VI 180

VI A

13-17





108

Q. D. B. V!  
HONORES IN PHILOSOPHIA  
SUMMOS  
RECTORE MAGNIFICO  
VIRO

*Maximè Reverendo, Amplissimo Excellentissimoq;*

**DN. JOHANNES MEISNERO**

SS. Th. Doctore, Ejusdemq; in Inclyta Wittenbergensi

Academia Profefs. Publ. longè Celeberrimo, Venerandæ Facult.

Theol. Seniore optimè merito, Consist. Ecclesiast. Asfefs.

gravissimo, & Templi ad Arcem Præposito

longè dignissimo,

ab

*Amplissima Facultatis Philosophicæ*

DECANO SPECTABILI

VIRO

*Nobilissimo, Amplissimo atq; Excellentissimo*

**DN. MICHAELE Strauch /**

Mathem. Inferior. Prof. Publ. Celeberrimo,

VIRO JUVENI

*Præstantissimo atq; Doctissimo*

**DN. SAMUELI Fribischans / Torg. Misn.**

SS. Theol. & Liberal. Artium, ut & Philologiæ Sacrationis

Cultori perindustrio,

**DN. FAUTORI AC AMICO SUO CHARISSIMO**

*In Illustrissima VVittenbergensi Academia*

solenniq; Eruditorum panegyri

*A. E. V. M DC LXXIX. Ad diem XXVIII. Aprilis*

EX MERITO COLLATOS

*impensè gratulari*

*voluerunt*

PATRONI, PRÆCEPTORES,  
FAUTORES ET AMICI.

